

Mythologia, Venise, 1567 - VI, 17 : De Sisypho

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[74\] : De Sisypho](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VI

[Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 17 : De Sisypho](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VI

[Mythologie, Paris, 1627 - VI, 18 : De Sisyphe](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VI

[Mythologie, Lyon, 1612 - VI, 17 : De Sisyphe](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - VI, 17 : De Sisypho, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/889>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 188r°-189r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Sisyphe](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

se Ixionis, quam ceterorum omnium, qui apud inferos torquentur; quanto maiora hic beneficia a Deo accepereat: quoniam id preclarè scriptum est. P cui plus remittitur, is plus debet. Hoc est fabulam hanc ideo fuisse fictam, ut per hanc significarent antiqui maximè omnium vitiorum iniuriam esse. Diis immortalibus acceptorum beneficiorum obliuionem: atque id etiam multò magis cum quis non modo obliuiscitur, sed etiam iniurias infert pro beneficiis; quod scelus vindicem esse Deum deniq; experitur. Ac de Ixione satis, nunc de Sisypho dicatur.

De Sisypho.

Cap. XVII.

10

Sisyphus cuius filius fuerit non patet, quæ tamen nonnulli Acoli fuisse acribati sunt, cum illum Ouidi. & Horat. & Home.lib. 1. Iliad. ita Acolidem appellauerit;

*Sisyphus Acolides, οὐδὲ γάρ τινα τινὰ εἴτε.**Sisyphus Acolides, Glaucus de semine cuius**Editur.*

Nam interpres Apollonit *νέκτης αἰλούς, ἀλλ' οὐ τὸν αἰλόν*, non ab Acolo sci-
licer, sed ab iis qui genus ducunt ab Acolo, Sisyphum Acolidem vocatū fuis-
se existimauit. Fueront qui putarint Meropen unam ex Pleiadibus illi nu- 20
philie, de qua ita inquit Oui. in 1. Fall.

Septima mortali Merope tibi Sisyphe nupsit.

Ex qua Glaucum, qui etiam Taraxippus vocabatur, qui fuit in Isthmo in
hippodromo ab equis discerpens, & Creontem suscepit. Habuit ex aliis et
feminis alios filios, Thersandrum, Ornytionem, Almum, Porphytionem,
aliasque complures: atque Ephyram ciuitatem Peloponnesi habitauit, vt
teletatur Homerus Iliad. 1.

*Οὐδὲ μήτε τούτη τῇ πόλει λαμβάνεται.**Οὐδὲ τερψίαν, οὐδὲ νηπίονταν' αὐτῆς.**Eii Ephyre vrbis Argi vicina feracis equorum.**Sisyphus hic habitat, cuius prudentia mira est.*

Hunc astutissimum omnium mortalium fuisse memorant, quippe cū Auto-
lyci sua tempestate insignis & nobilis latronis, qui non solum iureitando,
sed etiam præstigiis ita homines decipiebat, ut alias res pro aliis caperent,
fallacias repulerit. Cum enim greges Sisyphi, qui tunc imperabat Corin-
thi, Autolycus aliquando occultasset, illosque mutatos reddere conaretur,
vna litera contentum inusserat. Id ubi vidisset Autolycus amicitiam contra-
xit cum Sisypho, atque illi Anticleam filiam in matrimonium dedit; ex qui-
bus nata est filia eiusdem nomino, quam Laertes pater Ulyssis pollea xco- 40
zem duxit, de qua ita Home. meminit lib. 1. Odyss.

*Εὖλος οὐδὲ τερψίαν αὐτούς λαμβάνει,**τούτη δὲ κατέκαμεν οὐδὲ λάσιον.**Atq; anima accessit defuncta deinde parentis**Anticlez alto Autolyci de semine natu.**Quam viuam liqui cum sacra moenia Troiz**Accessi.*

30

Fama

Mythologizæ

Fama est quod Jupiter Aeginam Asopi filiam in locum vocatum Phlium portauit, ut illam comprimeret; quam cum Asopus quereret, non solum Sisyphus indicauit, sed etiam compressam à Ioue fuisse dixit. At Asopus ut cognosceret, an vera essent, quæ dicerentur, ad illam properauit: quam rem cum cognouisset Jupiter, hanc in insulam sui nominis vertit, & id supplicium Sisyphus imposuit ut saxum quoddam prægrande absiduc suprà montem apud inferos portaret, quod ubi ad montis verticem accessisset, sua sponte renovebatur ad radices montis, neq; villa vi retineri poterat. ut ait Pausa in Corinthiacis, & Home. luculentissime expressit lib. 1. Odys.

10

εγώ μηδέποτε πάντας πρατιχάλη θάλαττα,
λέγω βαστάζεται πελάγειον αμφιττύρων.
Επι δέ μή συνεργείαντες διαρρέει φρεσκάτη
Αλλά εὖλογόντες φτονά λέπει, οὐδὲ έπει μήλα
Σύρε τοι γραμμήν, τούτη κατεγράψει καταλύπται
αἴτιον πράτην σύρθειν καλλίστη λάβεις αἰσχύνη;
επιτέρρει δέ τοι πάσσαντα τετταράρισμον κατεύθησε
Χαροπίδης μάλλον, αποτέλεσε πρατελέσσειν.

30

Sisyphon hic vidi duros perfette labores,
Ambabus manibus portantem pondera faxi.
Hic etenim manibus nixus, pedibusq; rotabat
Ingens ad collem saxum; vis magna deorsum
Sed valuebat idem, ut collem superare parabat.
Rursus & id campum deualuebatur in unum.
Tum miser hic rursus repetebat pondera. Sudor
Membra lauabat ei, labor eis renouatus & idem.

30

Sisyphum mortuum esse in Isthmo & sepultum constat, ut est in Corinthi. apud Paus. Non defuerunt tamen qui Sisyphum alias de causis, & multo probabilitibus ad inferos deiectum id pati supplicium arbitrati sint: nam quidam dixerunt, quia cum esset Deorum à secretis, areanas res Deorum di uulgasset, illud supplicium Deorum iplorum iudicio apud inferos meruisse. alii inquiunt illum variis tormentorum generibus hospites, qui ad illum accessissent, exercicare solitum, quamobrem illi pœnæ merito apud inferos illum fuisse addicatum. Atque hæc omnia se è illa sunt, quæ de Sisypho ab antiquis memorizæ sunt prodita. Nunc quid hæc significant, inquiramus, ac primum omnium, explicatum fuit superius nihil magis diuinæ naturæ cōuenire quam beneficentiam, & liberalitatem, & benignitatem: nihilq; tam repugnare quam crudelitatem & auaritiam, quippe cum crudelibus & auarissimis Deus esse non possit: qui per beneficentiam virtutis bonis fit amicus. Cum enim Deus amet beneficos quantonere odio habere vixit, & illas

40

40 qui etiam bene de se meritos iniuriis afficiunt? Etenim cum a secretis Deorum factus fuisset Sisyphus, pro accepto tanto beneficio cum etiam fidem violarit, merito grauissima patitur supplicia. Si in hospites etiam crudelis extitit, merito experitur quæ sunt crudelitatis præmia: quia oē improbitatis genus vindicem denique habet Deum. Si quidquam rursus in Deorum contumeliam locutus fuit, ac Deorum arcana vulgavit quominus Dii ab hominibus colerentur, nihil creditus est pati, præter improbitatis ac sceleris grauitatem. ut igitur deterret homines ab auaria & a crudelitate; eosq; ad liberalitatem, & humanitatem, & acceptorum recordatione adhortare-

cur, & ad Deorum cultum, ad seruandam fidem magistris, & Regibus, qui nobis honorem detulerunt, hinc facta sunt ab antiquis. Lucretius tamen libro tertio in eos hanc fabulam conuenire scribit, quia magistratus & honores a populo expetunt cum summa animi contentione; neque unquam obtinere possunt, vel quod indigni habeantur, vel quod in hoc etiam maxima vis sit fortuna. Sic enim zit Lucet.

Sisyphus in vita quoque nobis ante oculos est,
Qui petere a populo fasces, squamq; secures
Imbibit, & semper victus, tristisq; recedit
Nam petere imperium, quod inane est, nec datur tanta, 10
Atq; in eo semper durum sufferte laborem;
Hoc est aduerso nixantem trudere monte
Saxum, quod tamen a summo iam vertice sursum
Voluit, & plani raptim peti cquaora campi.

Tanta vero prestantia fuit antiquorum artificium in fabulis confingendis, ut non unam rem tantum sub his contineri voluerint, sed illas in diuersas sententias posse distrahi, ut multiplex utilitas ex his caperetur. per hanc ipsam fabulam igitur homines ab ambitione revocabant, quia nihil propè est humano generi perniciösius: neque enim debet statim confugere ad laqueū, qui repulsa passus est, vel si prællantior exteris exilit; sed arbitrari multa stulte fieri ab imprudente multitudine, aut ab inconsideratis iudicibus, cum maxima sit ubique insipientium copia. si alicuius sceleris sibi conscientia extiterit, qui passus est repulsa, tum debet. vniuersa vita sua rationem examinare, & quod in se parum rectum cognoverit, corrigere; si ad probitatem quam maxime accommodare, sequi dignum præbere, qui exteris hominibus imperet: quippe cum nullum imperium sit vel felix vel diuturnum, ubi impuri, virtus bonis, stulti, sapientibus; imperiti, peritisimis in rebus administrandis dominantur. alii crediderunt Sisyphus saxum diuinum esse mortalium, atque collem illum sue montem esse vniuersum habuisse vitæ carsum: verticem ad quem Sisyphus nitebatur saxum aduolueret, esse tranquillitatem & animi quietem: inferos esse homines, Sisyphum animam. nam cum anima iuxta sententiam Pythagoricoru ē cœlo diuinitus in hæc corpora missa fuerit, quia omnium diuinorum arcanorum fuit cognita, nesciit omnibus viribus ad felicitatem, vita que tranquillitatem pervenire, quam alii in cumulandis opibus, alii in honoribus & magistratibus, alii in gloria & celebritate rerum gestarum esse arbitrantur, alii in scientiarum cognitione, alii in eximia corporis forma, aut sanitate, aut nobilitate, aut in rebus huiusmodi, qui cum re optata potissimum sunt, rursus in imum relabuntur, & qui ante in divitias comparandis erat anxius, nunc est in acquirendis honoribus, nunc in recuperanda valerudine sollicitus, atque ita semper in aliquam relabitur perturbationem, neque ad summam tranquillitatem potest unquam pervenire. Sisyphus igitur a Iou ad inferos destrus non insulse dictus fuit saxum frustra ad montis verticem aduoluere, quod ad summum pervenisse videbatur, tum rursus deuolvebatur in planitatem. alii rem adhuc traducunt, dicentes Sisyphum fuisse Teucri scribam, qui ante Homerum Troiana bella scripsit, à quo cepit Homerus Ilia da, qui cum arcana patefecisset quedam Trojanis graue supplicium subiit.